quantis[44] hodie christianitas[45] procellarum[46] spiritibus et turbinum fluctibus agitetur, apostolicam latere[47] non credimus sanctitatem, cum extrinsecus hostilitates[48] impugnent, et intrinsecus bella surgant intestina[49], quoniam[50] ex[51] oriente contra terram sanctam et[52] ex occidente contra Christi charactere[53] insignitos christiani nominis seviunt inimici et, quod formidolosius est, seditiones et guerras inter se facere non desinunt christiani. (petitio)[54] Eapropter beatitudinem[55] vestram supplicum precum instantia multipliciter in domino flagitamus, quatenus ad christianitatis statum apostolice considerationis aciem[56] propensius attendentes[57], uni duorum[58] istorum, P.[59] videlicet[60] vel[61] O.[62], qui de imperii[63] dignitate contendunt[64], vel cuilibet alii[65] digno[66] clementer annuere et favorem velitis apostolicum impertiri, (conclusio)[67] ita quod de cetero in tanti periculum[68] et iacturam discriminis non compellatur[69] militia[70] Jesu Christi, sed[71] previa misericordia salvatoris et circumspectionis vestre prudentia[72] faciente nec non interveniente[73] principe christiano cuiuslibet obscuritatis[74] nubila[75] propulsentur, ac adversarii nihilominus arceantur, et[76] christiani[77] nominis professores[78] grati decoris gloriam et optate[79] serenitatis sibi[80] provenisse[81] congaudeant[82] claritatem.

25.

[44] quantisque E. — [45] christianitatis M 1. — [46] procellatur W 1. — [47] non credimus latere He. — [48] hostialitates W 1., hospitalitates M 1. — [49] et intestina W 1; in (erg.), intestina W 2., crebrius intestina He. — [50] infinita quoniam Me. — [51] exurientem contra W 1., exoriente contra W 2. — [52] fehlt W 2., B. — [53] caritates verb. zu caratere W 1., caractare M 1. — [54] vgl. oben A. 16 u. 43. — [55] vestram sanctitatem supplicium E. — [56] apicem W 1., Me., W 2., M 1., B., E. — [57] ostendentes Me., extendentes W 1., W 2. E., He. — [58] dominorum W 2., E. — [59] videlicet **P.** vel Me., B. — [60] fehlt He, — [61] et M 1., E. — [62] **E.** (He.). — [63] imperiali Me., E. — [64] contempnunt W 1. — [65] fehlt M 1. — [66] dignemini E. — [67] vgl. oben Anm. 16. — [68] iacturam periculi et discriminis E., discriminis periculum et iacturam non comprimatur malicia (malicia verb. wie oben) He. — [69] compellantur W 2., B. — [70] militie W 2. — [71] Die rot verzierte, den Abschnitt markierende Initiale hat sed, nicht ita quod W 1. — [72] providentia He. — [73] intuente principe Jesu Christo cuiuslibet Me.— [74] et obscuritatis W 1., Me., M 1., B.— [75] nebula B., nubi (möglich auch inibi) propulsetur Me. — [76] fehlt He. — [77] christianique He. — [78] profectores B. — [79] optatam W 1. — [80] se E. — [81] prevenisse E. — [82] gaudeant Me.